

Band I., Nr. 274, Seite 346

*Die Nonne Azala gibt die Hälfte von Pfrungen und ein dazu gehöriges Gut
in Tafern an das Kloster Petershausen.*

Konstanz, 1121. April 29.

Notum sit omnibus Christi fidelibus, presentibus scilicet et futuris, quod quedam religiosa femina, nomine Azala, tradidit quoddam predium, cum manu advocati sui Bertholdi, ad monasterium sancti Gregorii pape, ad ripam Rheni situm, cui tunc preerat Bertholdus abbas, quod sine ulla contradictione visa est possidere in pago Linzgouwe, in comitatu Hartmanni comitis, hoc est dimidiam partem villę, quę dicitur Pfruwanga, cum alio ad hoc pertinenti prediolo, Tauerna vocitato, et aliis omnibus ad se pertinentibus, scilicet in areis, ędificiis, mancipiis utriusque sexus, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, silvis, aquis, piscationibus, molendinis, viis et inviis, exitibus et reditibus, quesitis et acquirendis, cunctisque aliis utensilibus quę adhuc dici aut nominari possunt, eidem iam dicto monasterio in honore sancti Gregorii constructo, nec non et monachis sub norma sancti Benedicti deo ibi militantibus ex integro legitime de suo iure in eorum transfudit ius. Hęc autem traditio facta est apud Constantiam, anno dominicę incarnationis MCXXI., indictione XIII., mense Aprili, die XXVIII. eiusdem mensis, hoc est III. kalendas Maii, feria VI., regnante Heinrico imperatore iuniore, filio Heinrici senioris, qui et ipse eodem tempore una cum regina Constantię erat, in cuius etiam presentia hęc sunt gesta coram multis testibus. Eo tempore Romanam ecclesiam Callistus, qui et Gvido, Constantiensem vero Ödalricus tenebant.

Nach der Karlsruher Handschrift des Chronicon Petershusanum, fol. 75, wo die Urkunde *Privilegium de Pfruwanga* überschrieben ist.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

Chronicon Petershusanum, fol. 75

Editionen:

MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA INDE AB ANNO CHRISTI 500 USQUE AD ANNUM 1500. SCRIPTORES, Bd. 20 : Supplementa tomorum I,V,VI,XII. Chronica aevi Suevici, hrsg. Von Georg Heinrich Pertz, Hannover 1868. [ND Stuttgart 1989], S. 662 (nach dem Karlsruher Chronicon Petershusanum). Chronicon Hermanni Contracti ex inedito hucusque codice Augiensi, unacum eius vita et continuatione a Bertholdo eius discipulo scripta, Praemittuntur varia anecdota, subiicitur Chronicon Petershusanum ineditum, ex ms. codd. coll. notis et observationibus , Bd. 1, S. 368, § 9. JOHANN CHRISTIAN LÜNIG: Das teutsche Reichs-Archiv, in welchem zu finden, 1. Desselben Grundgesetze und Ordnungen [...], II. Die merckwürdigsten Recesse, Concordata, Vergleiche, Verträge, Erb-Verbrüder- und Vereinigungen, Pacta und Bündnisse [...], III. J, Bd. 18, S. 403, § 4. FRANZ JOSEPH MONE (HRSG.): Quellensammlung der badischen Landesgeschichte, 4 Bde., Karlsruhe 1848-1867. , Bd. 1, S. 154, § 9 (im Chronicon Petershusanum). Die Chronik des Klosters Petershausen, Sigmaringen 1978, hrsg. von Otto Feger (Schwäbische Choniken der Stauferzeit, 3), 4. Buch, S. 180, Nr. 9 (lateinisch und deutsch).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Ortsindex:

Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Linzgau
 Petershausen Wohnplatz (14450)
 Petershausen, Konstanz, KN
 Pfrungen Wohnplatz (20584)
 Pfrungen, Wilhelmsdorf, RV
 Tafern Wohnplatz (20593)
 Tafern, Wilhelmsdorf, RV